



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

309. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re. *Ex Lege Theodosiana,*  
*lib. II. cap. XVIII.*

CCCIX. Judex cū causam audire cœperit, litigatorum assertiones vel responsiones patienter accipiat, & omnia plena discussione perquirat; nec prius litigantibus sua sententia velit obviare, nisi quando ipsi, peractis omnibus, jam in contione vel contentione non habuerint quod proponant. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermissum fortasse remaneat.

Interpret. l. 1.  
Cod. Theod.  
De iudiciis.

Ut quod in Deum quis peccat nullus donare possit. *Ex dictis Hieronymi.*

CCCX. Attendendum est quid Dominus dicat: *Si peccaverit in te frater tuus.* Aliud est peccare in nos, aliud peccare in Deum. Si in nos aliquis peccaverit, habemus potestatem dimittere ei. Si autem in Deum quis peccaverit, non est nostri arbitrij. Scriptum quippe est: *Si peccaverit vir in virum, placari potest ei Deus. Si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* Nos è contrario in Dei injuria benigni & misericordes sumus, & Dei offensam, quasi in nostra potestate sit ejus velle & ejus nolle, impune absque congruenti pœnitentiæ vindicta donamus; cū tamen quod in nobis commissum est, nec saltim verbum contumeliosum leviter prolatum, sine vindicta pertransire patiamur. Dimittamus ergo propter Deum quod in nobis perpetratum est; & quod in Deum commissum est, quia dimittere non possumus, juxta \* consuetudinem san-

Hieron. in  
Math. c. 18.  
Burchard. lib.  
II. c. 15.  
lvo parte 14.  
c. 85.

1. Reg. 2.

\* Codex M S<sup>q</sup>  
constitutio. ē